~~1728~~ 1634

Gorecki Zwierzayskie quietat.

Comparens personaliter coram officio Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Aremiskiensis nobilis Andreas Gorecki sanus mente et corpore existens a terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentem vero Castrensis Capitaneatus Aremiskiensis Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Valentinum Patrem et Joannem filium Zwierzayskie eorumque posteros de Causa et Actione Judicaria infrascripta per se Recognoscens ysdem Nobilibus Zwierzayskim ad officium praesentis Castrensis Capitaneatus Aremiskiensis in Causa ratione per ipsum sui Recognoscentis tempore in praesentatione infrascriptae facti specificatae sui Recognoscentis post peractum in Ecclesia Cisecensi tremendi Dei Sacrificium domum mansionis suae in eadem villa Cyszki sitae redeuntes et bonis ac amicabilibus modis cum ipsis conferens in ipso limine Cementerii eiusdem Viae publicae interceptionis ad frameam sese modo violento praeceptionis et metus quarumvis frameis usque a tergo et a latere violenter convulnerationis consauciationis atque vulneris magni cruenti longi enormis in caput ipsius illationis, verbis iniuriosis et indecentibus affectionis pacis et securitatis publicae ac immunitatis Ecclesiasticae violationis, aliarumque Incursarum et violentiarum perpetrationis institutae et intentatae. Necnon poena perpetuae Bannitionis ex parte sui Recognoscentis super praefatis Nobilibus Zwierzayskie in Terminis Querelarum et Causarum officii praesentis feria Tertia post festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxime Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo Quinto in Contumaciam ipsius obtenta et publicatae ipsaque Protestatione cum sua vulnerum obductione

1635 ~~1635~~ ~~1720~~

Cum obductione, ad quam processus eiusmodi Contumaciales
ipsaque praefata poena perpetuae Bannitionis obtenta et
publicata est, tum de damnis Iniuriis Violentiis ac praeten
sionibus quibusvis, ratione praemissorum ad diem Actus praesentis
intercedentibus, totoque antecedentibus et subsequentibus processu Ju
diciario, eo Nomine in quovis Judicio et officio Regni per
ducto, ob praestitam sibi Recognoscentem ratione praemissorum
plenariam satisfactionem quietat emittit dimittit li
berosque ac absolutos facit et perpetuo pronuntiat.
Protestationem praefatam officii praesentis cum sua obductione
Vulnerum, poenam praefatam Bannitionis perpetuae
totumque antecedentem et subsequentem processum eiusmodi Judi
ciarium cassat mortificat ac annihilat, sibi Recognoscentem
et suis posteris ratione praemissorum ocium perpetuum im
ponendo silentium

Berezniecki Jaworski Rbrat

Comparens personaliter coram officio Actis praesentis Castrensis
Capitanei Premisliensis Nobilis Stephanus Berezniecki sa
nus Mente et Corpore existens a Terris districtibus Ju
ribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo Praesentis vero Castrensis Capitanei Premisliensis
Jurisdictioni, quae ad actum hunc attinet secum suaves
soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiiciendo palam libere publice
ac perexpressum recognovit. Quia ipse, se ac suos suc
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obli
gat praesentis scriptum Certum manuale per se Recognoscentem
in rem et manus Nobilium Jacobi Jaworski Igna
ciewicz et Annae Jaworska Coniugum legitimorum ra
tione certarum rerum et conditionum in eodem scripto
manuali Contentarum de Actu et data illius hic Pre
misliae die hodierna in actu Contenta confectum

Conscriptum